Fluctibus imperare, et Lebrum mezzenam adargine ex Aquis eo sic de similibus, Deniq; cum his inuocamus sacra quędam noīa Dei ea ult. quę desiderij nostri sint significatiua, et ad effectum operandi accomodata, et ad distructionem Inimicorum inuocamus noīa Ire, uendictę timoris, Justitię, et fortitudinis Dei: Ad euitandum uero aliquod malum, uel periculum inuocamus noīa misericordię, defensionis, salutis, fortitudinis bonitatis, et similia Dei noīa quandoq; etiā Deum precamur largiri ad id qđ. desideramus executorem aliquem spūm bonum, unam uel plures quorum, id quod desideramus officium est illius nomen interuedentes, sępe etiam malum spūm aliquem ad homines cogendos obstringamur cuius nomen similiter inserimus, et hoc ī ..... ad malum tendit operatio, ut ad uindictam, uel distructionem preterea si quis uersiculus in psalmis, uel aliqua p.e sac. litterarū desiderio nrō congruens habetur illum orationibus inserimus facta autem orōne ad Deum, quandoq; post ipsam conuenit facere orationem ad executorem illum, quem nobis ministraturū optauimus in orōne precedenti siue unus sit, siue plures, siue Angelus, siue stella siue Influentia.